

## Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2010

Section: Toutes

Branche: Latin

Numéro d'ordre du candidat

---

---

### I) Texte connu :

Turbatus his Nero et propinquo die, quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat, voluntare secum modo matris violentiam, modo ipsius indolem, levi quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quaesivisset. Festis Saturno diebus, inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium, evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversa nec ruborem adlatura; ubi Britannico jussit exsureret progressusque in medium cantum aliquem inciperet, irrigum ex eo sperans pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos ignorantis, ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur. Unde orta miseratio, manifestior quia dissimulationem nox et lascivia exemerat. Nero intellecta invidia odium intendit.

Tacite, *Annales*, XIII, 15. (101 mots)

### II ) Texte inconnu :

L'amour de la gloire

Neque enim est hoc dissimulandum<sup>°</sup>, quod obscurari<sup>(1)</sup> non potest, sed prae nobis ferendum : trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in eis libellis<sup>(2)</sup> quos de contemnenda<sup>(3)</sup> gloria scribunt, nomen suum inscribunt : in eo ipso, in quo<sup>(4)</sup> praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari<sup>(5)</sup> de se ac nominari<sup>°</sup> volunt. (...) Atque ut id libertius faciatis, jam me vobis, judices, indicabo, et de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse verum tamen honesto vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute hujusce imperi et pro vita civium prope <sup>que</sup> universa re publica gessimus, attigit<sup>(6)</sup> hic versibus atque inchoavit<sup>(7)</sup> : quibus auditis, quod mihi magna res et jucunda visa est, hunc ad perficiendum<sup>°</sup> adornavi<sup>(8)</sup>.

Cicéron, *Pro Archia*, 26-28. (116 mots)

(1) obscuror, aris, ari, atus sum : être obscurci

(2) libellus, i, m. : opuscule

(3) contemno, is, ere, tempsi, temptum = despicio, is, ere, spexi, spectum : mépriser

(4) in eo ipso, in quo : là même où

(5) praedicor, aris, ari, atus sum : être célébré (cf. praedicatio, onis, f.)

(6) adtingo, is, ere, tigi, tactum : aborder

(7) inchoo, as, are, avi, atum : commencer

(8) adorno, as, are, avi, atum : préparer, je lui ai donc mis en ordre de ...